



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Gvido Conf. 12. Septembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

SEPT.

11. SEPT. Vita Sanctorum. 501

S. GVIDO CONF. 12. Septembris.

ETiam GVIDONE M humili genere natum ad astra virtus evexit, tutissima eorum scala, qui generosi humili obrepere detrectant. Natalem terram Brabantia dedit. Puer non prius animo hilari esse unquam potuit, quam aut preces Deo, aut egeno stipem dedisset, quam ubi non habuit, ipse scilicet coegit, mendicorum mendicabulum. Adolescens VIRGINIS templo operam suam æditimus addixit, gnarus cæli portam esse, quam curaret. A tam sancto munere cum à mercatore persuasius mare concendisset, & ventos & Superos adversos sensit, quin remo manum tamdiu extinere non potuit, quo usque hanc redux VIRGINIS aræ supplicem tetendit, manifesto in hujus transfugas exemplo. Sanctius postmodum iter instituit, cum Romam & Hierosolymas aliosque Christianis vestigiis nobiles locos petiit, septemq; ipsos annos talem se, quales omnes sumus, peregrinum vendidit. Hinc cum fesso D E V S quietem donare veller, in lectulum dejecit. Hoc cum æger Anderlaci decumberet, columba è cælo multo lumine corusca advolavit, simul vox audita est, quæ ad coronam dilectum invitavit. Enimvero lubens paruit. Orbe scilicet pererrato, restabat ut astra viseret;

GVI-



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

502 *Vita Sanctorum.* 13. SEPT.  
viseret; quam viam an illi juvenes in-  
sistant, qui Gallias nunc & Italas pe-  
tunt, tibi, qui hæc legis, judicium  
esto. Ex Surio.

S. M A V R I L I V S EP. 13, Sept.

M A V R I L I O patria Mediola-  
num, parentes illinc nobiles, vita  
Magister D. Martinus fuere. Ab hoc &  
Sacerdotio & insulâ Andegavensi con-  
decoratus est, factumque calculo suo  
candidissima columba probavit capiti  
M A V R I L I I obvolitans. Mitto  
plurima prodigia. Vos qui animas, qui  
juventam curatis, ad unicum animum  
adverte. Parvulus, isque moriturus  
sacro chrisinatae firmandus erat. Dum  
sacris M A V R I L I V S plusculum  
immoratur, emoritur ille. Nimis  
hoc suum facinus Pontifex credere  
non expiandum, nisi munere abdicato.  
Proinde se judice exul clam navim co-  
scendit, lapsisque in mare, quas secum  
ferebat, templi clavibus, vovet non  
prius patriam visurum, quam claves a-  
missas. Mox trajecto mari servum se  
viro principi addicit hortumque colit  
ille nuper Italæ unicus flosculus. Iam  
annis omnino septem totâ Europâ à  
suis quæsitus, Angeli de num indicio  
inventus est. Tot preees precibusque  
mista lacrimæ, redditæque à pisce,  
qui navim insilierat, claves, & promissa

puero

14. SE  
puero  
suase  
tum  
prec  
læ eti  
ultin  
perhi  
nim  
sangu  
then  
res!  
Ex S  
EX  
SI  
d  
eun  
etia  
tum  
Per  
nus  
stia  
arn  
dec  
pia  
ces  
Ch  
mi  
Ti  
m  
re